

Q. F. F. E. J. D. O. M!
TEMPLI MICHA-
ELITANI

QVÆ PRÆTER CIPPOS ET SACRARIUM INTERIUS
SUPER SUNT,

Historicè ventilata & benignis Oculis exposita,
habendoque

IN ILLUSTRIS CURIANO
Actui Oratorio Solenni Mnimo-
neutico-Eucharistico,

ad d 3. Non. Januarii,
Anni feliciter D.S.L. inchoantis
1790

ad
PROCERES CURIANÆ URBIS

humillimæ ac officiosissimæ Invitationis loco præmissa

M. JO. CHRISTOPH. LAYRIZ,
Gymnasii Patrii Rectore.

Literis Minzelianis.

AD metam properamus, & pro absolvendis illis, quæ in interiori D. MICHAELIS nostri Templo exhibenda sunt reliqua, nunc calamum movebimus; Inter quæ ad dextram primarii Altaris superbit latus, pontificiæ olim abominationis vivus testis, *Sacrarium* scilicet, seu potius *ἱερόσυλον*, quo consecratæ hostiæ publicè fuerunt repositæ, nostris vernacula lingua: Das Sacrament-Häuslein. Artificiofissimâ hoc fabri factum structurâ, A. 1516 opere quidem è gypso conflato, & nitidissimè elaborato. Forma hierothecam refert trigonalem, eîne dreßeckigte Monstranz; basi sexangulari insistentem, & tribus telamonibus suffultam. Totidem confurgit quasi contignationibus, quarum infima receptorium *Sancto*, ut vocant Sacrificuli, præbebat *Venerabili*, trinis cancellis munita ferreis, media *Salvatorem* exhibet, virili staturâ; Suprema *Mariam* Deiparam. Tantæ fabrica hæc altitudinis, ut columnæ ad altare dextræ, cui proximè ferreis suffulciminibus adhæret, capitulum ferè contingat, quo ipso à quatuoribus haud multum aberit decempedis. Inferius ut à contactu spectantium, aut injuriis temerè insultantium, esset immunis, clathris ferreis undique cinctum est.

Reliquiæ hæc sunt, ut monui, dominantis olim apud nos, ut alibi, Papatus, quas A. 1553. d. 29. Augusti, globus, è majori Tormento dimissus, qui hodiernum in rei memoriam, cum adscripto anno & die, columnæ ad adytum proximæ, infixus, graviter simul oppetiit, ut decussa hinc inde ornamenta, haud æquè feliciter ligno rursus adsuta, hodiernum testantur.

A *Lævâ* Altaris Columnæ proximæ Tabula adfixa ænea, que suprâ Christum crucifixum & hæc exigua legenda præbet verba: A. 1576. am Tag Michael begraben. Media area loquitur sequentia: Grabschrift M. Andrea PANGRATII, welche Er ihm selbst A. 1576. am Abend Misericordias Domini, seines Alters damals im 40. Jahr gemacht. His autem Epitaphium conceptum verbis:

Dice

Hier liege bey seiner Herd der Hirte/
 Und warte/ biß Ihn aufwecken wird/
 Am jüngsten Tag der HERR und Christ/
 Der sein getreuer Heyland ist.
 Schickt Euch all recht/ Ihr müßt hernach
 Und wisse doch weder Stund noch Tag.
 Was Ihr izt seyd / ist Er gewesen;
 Und wie Er ist/müßt Ihr verwesen;
 Drum thut recht Buß und saume Euch nicht:
 Ein harter Standt ist's Jüngst Gerichte.

EX VITA IN MORTEM TE SUM, MEA VITA, SECUTUS,

EX MORTE IN VITAM TE QVOQVE CHRISTE SEQUAR.

Imæ autem Tabulæ icon misericordis & boni istius Pastoris, ovem deperditam humeris suis ad gregem reportantis, incisa. Et Distichon Sepulchrale Latinum geminis apicibus lapidi sepulchrali hujus, de Ecclesia nostra, Viri meritissimi, qui in medio Chori, proxime ad altare, ut quædam ejus Scamnum & septa reticulata lignea transversa, Altare circumscribentia, tegant, comparat, legitur insculptum, latera his præmuniuntur: Anno Domini 1576. den 27. September, ist in Got verschieden der Ehrwürdig und Wohlgelarte/ Herr M. Andreas PANGRATIUS, Prediger allhier/ seines Alters 47. Jahr.

Sequentes binæ, occasum versus, columnæ denuo suis exsplendescunt anathematibus. Dextra Scutum cum Insignibus, Vexillum quoque, & his inferiora, gladium & calcaria inaurata habet appensa, singula WOLZOGENIANIS in Urbem nostram meritis consecrata. Hac enim vexillum se prodit inscriptione: Der Hoch=Volgeborne Herr/Herr HANS PAUGWOLZOGEN zu Neuhaus/Frey=Herr/Herr auf Ahrenstein/Sahrenfeld und Gutttenbrunn/zur Ehr. und Fürstl. Brandenb. Vormündschafft bestallter Rath und Hauptmann zum Hof/ward geboren zu Wien in Oesterreich/den 24. Martii 1591 und ist in Got selig entschlaffen allhie zum Hof den 24 Jan. An. 1658. ein Viertel nach 6 Uhr Vor Mittag/ dem GOTT anade/

quæ gemina ferè verba LAPIDI Sepulchrali, proxime ad stylobatam

tam dictæ columnæ posito, & insignibus pariter elegantissime ornato, inserto leges, modò quòd initium paulo discrepet, & suo hier ruhet in Gott der swenland Hoch- Wohlgeborne/ *ix. ix.* locum sepulturæ simul exprimat. Anni etiam ætatis, in fine inscriptionis additi: *Seines Alters 66. Jahr 10. Monath/* cetera conveniunt.

Adversa columna binis vetustioribus se nobilitat *SCUTIS*, quorum alterum orientem prospiciens, inscriptione antiquitate penitus abrasâ, nos lateret, ni insignia, capite aprino conspicua, notarent, istius procul dubio hoc ipso asservari memoriam, quem haut ita procul, versus meridiem, in introitu *Capelle Steiniane*, tumulatum cippus iisdem insignibus conspicuus, sequenti loquitur epigraphe: Anno M. D LIII, am Oster-Tag verschied der Wohlgeborne Herr H. Georg von Schelberg zu Goss.

Quod septentrionem respicit Scutum hæc circum insignia præbet legenda: 1552. Dienstag nach trium Regum ist deß Gestrengen/ Edlen und Ehrvesten/ Georgen von Brenzen zu Reichsted/ damals Hauptmanns zum Hof Sohn/ *GEORG ALBRECHT* genant/ I. G. V. S. *finden* (forsan)

Tertium columnarum par olim aris utrinque nobilitatum, quarum septentrionalior à Jo. PONTANO, vulgò Prückner/ erat fundata, & missâ A. 1517. dotata, hodie præter sedilia Virorum, quæ aris post bellum, A. 1557. remotis, in locum istum reposita sunt, singulare nihil conspiciendum præbent, nisi quòd, ut supra jam incidenter monuimus, meridionalis ferreum sistat *GLOBUM*, qui fervente gravissimâ Urbis nostræ obsidione, & post Augustini d. 29. Augusti, *MICHAELIS* Templo fuit immisus, & nî Deus impetum avertisset, dejectione hujus columnæ, ipsis fornicibus superimpositis elegantissimis ruinam fuisset minatus.

Medium nunc inter utrasque ferè locum occupat *ARA* Templi nostri *MINOR*, copulandis novis conjugibus & publicæ Coetus Ecclesiastici benedictioni, cum primis dicata; cui à ergo annexa *Ministerii Ecclesiastici SUBSELLIA*, Anno hujus Seculi

(173)

li de novo fabricata. Desuper imminet insignis **CHRISTI** crucifixi **STATUA**, à Dn. *Cass. GAILSDORF*, Consule, in Michaëlitianum nostrum Templum liberalissimo, suis sumtibus, locata, quâ de ob vivam expressionem, bello superiori Germanico, quod Urbem nostram cum primis malè habuit, non semel metus fuit, ne militaris licentia, ut minata erat, aliquoties illam *D. Michaëli* nostro surriperet, & aliorum transferret. Cum suprâ p. 164. Inscriptionem Crucis Christi, in veteri & picto altari conspicuam, attulerim, non gravabor & hujus Crucis attexere epigraphen, quò vulgatam aliàs de Titulo Crucis Christi litem, si non dirimat, alterutri tamen litigantium parti suo suffragetur calculo. Ita autem in hoc ipso habet:

ישוע נצרי מלך היהודים

Ἰησὺς ὁ Ναζωραῖος ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων.
IESUS NAZARENUS REX JUDÆORUM.

Ubi Ebraica in eo à genuino illo, quem *Pagninus* Romæ, si Dis placeat, aservari tradit, abesse videris, quòd Pronomine demonstrativo & duplici ἦ Emphatico hunc in modum conspiciatur auctior:

הזה ישוע מלך היהודים

BAPTISTERIUM quoque cancelli aram istam munientes suo complectuntur ambitu, quod quoad partem inferiorem ex lapide solido, Biblicis Figuris ornato & satis eleganter picto, quoad superiorem operculo ligneo, itidem coloribus & sigillariis distincto, Fundatorum quoque faciebus conspicuo, constat. Fuere autem hi Dn. *Salomon PLANCK*, Consul Civitatis nostræ, ut opibus ita meritis in eam, decantatissimus, cum Conjugibus, successive binis & liberis, quibus duo insignia ad fundum ferè adpicta; pedi his insculptis rhythmis Germanis:

Als funfzehn hundert gezehlet wurd | Den Tauffstein Gott zu Ehr un Dank
Neun un neunzig nach Christi Geburt | Stiffte Burgermeister Salomon Planck.

Calci. pedis Latinum hoc insculptum Distichon:

Qui baptizati credunt, pia gaudia cæli
Percipient; Pueri hæc Vos quoque verba vocant.

(forsan)



(173)

Summæ operculi coronæ, cui *baptismus Christi* sculptis imaginibus
lis impositus, susceptæ ab *heredibus Planckianis* Renovationis annus
sequentibus illicitus:

Zu Gottes Ehr/und Kirchen Zierd

Ist dieser Tauffstein renovirt.

Kal. Junii An. Christi clo lxx XLV.

Diem quoque, quò positus, *Vigilias* scilicet *Mariae Magdalene* s. 21^o
Julii, consignavit *avloπης* *WIDEMANNUS*, primumque sacro
fonte inde tinctum, *M. GASSARI*, *Collega Quarti olim Curienfis* fili-
olum, *D. Aurelii STREITBERGERI* nepotem, annotavit.

Ad proximas nunc occasum versus abimus Columnas binas,
quarum meridionali *SUGGESTUM* contextum, lapide solido
satis eleganter constructum. Ætatem parmula notat, anteriori
parti exterius adsuta, A. 1519. præscribens, qui ille ipse erat, quem
posterior Templi nostri pars, complendo Operi fornicum splen-
disimè concamerato, habuit sanctissimum. Ob sumtus enim
deficientes, ad anteriora produci, & ita plenariò absolvi non po-
tuisse, supra jam commemoravimus p. 139. Innuit autem id ipsum
structuræ quoque inæqualitas, ad has enim usque pilas ab orien-
te versus occasum longè nitidiori lacunar comparat facie, quàm
quæ reliqua ad occasum sexaginta ferè annis sunt recentiora, & ab
imperitiori manu fabrefacta, cum primis columnarum hæcenus
Iustratarum capitula seu epistylia florentiori, quàm reliqua duo pa-
ria consurgunt opere, & coronis lapideis, volutâ seu cincto mirâ arte cri-
spatis, cymatio etiam, undæ iustar in præceptis ruitura, superbiunt; cete-
ris simpliciori cultu, non nisi denticulari fasciâ convestitis. Coronis
dis ergò loco suggestum supra commemoratum, Operi Chori ar-
cuato, ab A. 1512. usque 1515. perfectò, fuit superadditum, singu-
larique lacerta caractere notatum, cujus inde quidam deducunt
natales, quòd cū fundamento suggesti ponendo terra effoderetur,
vivum istiusmodi animalculum fuerit repertum, aliis in alias &
singularis miraculi fabulas, quarum plena fuit antiquitas, propen-
den-

dentibus. Non tamen nostro quoque & superiori ævo, piæ deæ fuerunt manus, quæ sacræ isthuc pergulæ magis exornandæ iuram detulere operam, quàm in re insignis Familiarum prælustrium *RUTHENICÆ & WOLZOGENIANÆ* deprædicandæ liberalitas pariter ac in sacra pietas, quarum altera veste *holosericâ nigrâ, æuro fimbriatâ*; hæc *purpureâ*, cui Insignia domûs arte Phrygiâ inserta, & peniculamenta aurea passim adsuta, illi prospexit, ut solennibus festorum diebus comptior compareret ac elegantius vestita. Novo denique novissimè Anno scilicet 1670. Operculo, statuario opere constructo, & paulò post pictò, eam donarunt plurimorum in unum collatæ stipes, suamq; hic memoriâ posteritati cum primis conservavit *B. Nicolaus KERN* Quæstor Curienfis meritissimus, quorum omnium liberalitati nunquam peritura gratiæ in coelis apponat præmia divina Munificentia!






Adversum quæ tenet columna, *Horologio*, est instructa, quod hodie tamen usum suum perdidit.

Sequentes denuo columnæ duas exhibent *STATUAS* pariles cum suppedaneis suis, quæ pedibus simulacrorum substernuntur, *MARIAM* autem Matrem Christi, & *JOHANNEM* præsentant, eumque obtinent positum, ut ad Christum crucifixum utraq; respiciant. Statuit illas hunc in locum *Gailsdorfiana* supra commemorata benefica manus, & quamquam ex ligno tantum sint confectæ, tanta tamen sculpturæ pollent arte, ut operâ hujus qui æstimant, singularum pretium ad centenos & ultra *Thaleros* extendant. Notam illa olim præbuere magnæ istius lacunaris lacunæ, intra suggesti & harum imaginum columnas, ab A. 1515. usque 1570. patentis, & hoc sequentique demum expletæ, quò simul anteriores fornicee cum ulterioribus æqualis factæ altitudinis, vid. p. 140. supra.

Quæ restant columnæ duæ ultimæ, Ambobus ceterioribus innexæ, singulare nil habent, nisi quòd, ut reliquæ omnes, sint stru-ctiles, & eum decade recensita Laquear concameratum masculè sustineant.

Cujus

Cujus ipsius dum commoda rursus nunc fit mentio, paulisper
 ob respiciendum, & Numeri quidam annorum, nec non nomina archite-
 ctorum & structorum sive expressa, sive certis literis & characteri-
 bus, memoriae causâ aservata, & in Laqveari ac parietibus extantia
 Insignia item aliquot mediis arcibus infixâ, non penitus sunt præ-
 termittenda. Sic enim in coitione laqvearis cum pariete Templi
 citeriori, in *ambone* seu *Choro*, ut vulgo vocatur, *Scholasticorum*, cernun-
 tur sequentia, plane ad archetypum ab amica manu expressa.


 J. 5. 7. 2.  1627

 . NICKLAYS .

 . VNFVG . . LORENZ VNFVG


Qui numeri peculiaria constructionis innuunt tempora. Ille
 quidem absoluti penitus Laqvearis, quod supra docuimus; Hic
 autem renovati integri, post ferale Seculi hujus incendium, Tem-
 pli. Cùm enim, ut alibi recensuimus, p. 142. sq. A. currentis Se-
 culi 25. dimidia ferè Urbs, cum publicis præcipuè ædificiis, igne
 subitaneo absumeretur, hicque dirus hostis in *D. Michaëlis* quo-
 que Tectum & Turres suam exercuisset furorem, opus conca-
 meratum, ne forte vitium pateretur, novo cæmento superindu-
 tum, & contra læsiones præmunitum, hinc interior Templi facies
 opere inducta albario, & penitus renovata, quod ut A. 1626. incho-
 atum, ita sequenti fuit perfectum. Nomina & Characteres, il-
 la quidem bina, nempe: *Nicolaus Unfug* & *Lorenz Unfug* / M.
 hi

hi plures, an structores posterioris operæ seu Renovatores indicent, an prioris illius, eiq̄dem sine omni falsi metu asserere non possum, probabilius tamen mihi hoc videtur, & binos priores crediderim, quorum imagines dimidiâ corporis staturâ, in choro lapide solido sculptæ, & parieti impactæ, lapidis arenosi arcus, laquear sustentantes suffulciunt. Certe *Δεῦμα* illud, quod majori numero & literis H.P.H. conjunctum, dexterior in choro pectori suo præfixit, & sinisteriorem Laurentium Unfug habeo, quamquam monumentis: ic deficientibus, pro veris *σοχασιν* venditare nolint. Cetera Signa murariorum dubio procul in opere sociorum tegunt nomina, Oedipo detegenda. Sic in medio laqueari, paulò post *rotundum & patens istud foramen*, quo Majores Papæi, in Festo Ascensionis Christi, cum primis abuti, ligneum Salvatorem per illud in cœlum deducentes, pariter literæ aliquot H.S. P.C. G.H.G. nec non paulo propius Orienti, W.S. & P.H. cum annis 1572. arcibus arenosis cernuntur impressæ, quas pariter structorum nomina, innuere debere, facile Tibi persuaseris, quamquam memoriæ cupidi hoc pacto suo exciderint sine, omnesq̄ve hodie longa nocte sepulti jaceant, consignatore destituti. In fine deniq̄ve Templi versus orientem summitas fenestræ his tincta numeris: 1512, sub quibus 1626. quem numerum refer ad sequentia supposita verba. *Nach dem Brand renovirt.* Factum id, metu ut dixi ruinæ fornicati Operis, quod in anterioribus ad Turres, soluta igne campana major jam multum prostraverat, reparante illud *Philippo Pörzelto*, Murario Urbico. Prior annum denotat, quò ab illa plaga, parietibus in altius promotis, laquear versus suggestum perstructum. *Insignia* quod spectat, nota sunt alia, ut *Serenissimorum MARCHIONUM Brandenburgensium, Veteris & Novæ Urbis CURIAE, B. Dn. Cancellarii à FEILTSCHE*, alia vero ignota, eadem verò procul dubio ex causâ conspicuò hoc loco posita, quòd in promovenda structura & renovatione, Patroni operis extiterint, ut supra de aliis quoque demonstravimus p. 137. Quæ in parietibus passim fulgent *Zollerana scutula*, Dominos innuunt *Marchiones Brandenburgicos.*

A fornice nunc descendo ad *AMBONES*. Liceat mihi hac voce, ingenuæ Latinitati equidem suspectâ, & in ipsis Scriptoribus Ecclesiasticis pro suggesto adhibitâ, à *Bebelio* aliisque reprehensâ, exprimere sedilia isthæc, quæ Germani ab ascensu in illa, & quòd muros Ecclesiarum cingant, *Emporfirchen*/vulgò *Porfirchen* vocant, cum alia in Latio haut occurrat, hæcque ipsa, ab *אַפְּבַאִיעֶן* seu *אַפְּבַאִיעֶן*, ascendere, aliqualem nominis convenientiam cum re ipsâ tueatur. Primò transeo *lapideos*, quibus Templum hoc nostrum *Michaëliticum* circum circa per parietes est cinctum, in quantum quidem ejus structura per novem profecisse Capellas supra fuit relata, à p. 146-159. Quot enim harum, totidem etiam illorum, cum singulæ singulis sint contactæ ambonibus, quorum tamen vix bini externa lapidis sculpturâ, sibi invicem respondent, ut in singulis ferè gratam oculis variationem invenisse artificiosissimam architecti manum, mireris.

Eadem ergo nunc nobis relegenda sunt vestigia, quæ in Capellis recensendis presimus; & primus introspectendus, suggesto ferè oppositus, qui hodie *EX ARCHIS* Provincialibus, aut si qui Curiam præsentia sua dignantur *Serenissimi* *MARCHIONES* *Brandenburgici*, quod nunc facit *Serenissimus* *Marchio* *GEORGIUS ALBERTUS*, illis ipsis gratum præbet Auditorium. Equidem superiorum temporum Capitanei Urbici alias occupaverant sedes, eas nempe, quas hodiernum Prænobilissima Familia *de BEULWIZ*, in *Hofeck* &c. certis pactis sibi hæreditarias factas, tuetur, priores ex veteri *Ambone Magistratus Oppidani*, de quo post dispendendum; nec distinctè dixerim, quò tempore istas mutaverint, & in hunc locum concesserint. Quamquam enim *WIDEMANNUS* ad A. 1557. referat: *Sedilia primæ Capellæ*, quæ expressè Domini Capitanei & Senatûs Urbici vocat, fuisse eo ipso ædificata, dubitaverim tamen, an omnes & singuli illas sedes statim occupaverint; *HEINRICUM* certe *II. Senioris Lineæ RUTHENUM*, Urbis nostræ ab A. 1613 ad 1638. *Capitaneum*, pristinum illum locum vix mutasse, ex affixis

Am-

Amboni, ut nunc audit, *Hofeckiano*, *IPSIUS & CONJUGIS*, natæ *Baronisæ de PUTBUS* Insignibus, hisque circumscriptis literis & anno conjicio. Cingunt autem *RUTHENICA* sequentes: H. R. V. P. A. F. B. R. V. H. Z. H. Anno quas innuere credo. H E J N: R J E H Reuß Von Plauen Aelterer/ Fürstlicher Brandenburgischer Rath Vnd Hauptmann Zum Hof. *PUTBUSIANA* isthæc M. R. V. P. G. F. V. P. 1620. quas interpreteris: M A R G A R E: T H A Reußin Von Plauen/ Geborne Frenhin Von Putbus. Quorum utrorumque; fervidus in Dei verbū amor, & frequentatio Domūs Dei assidua, ex scutulis lateralibus, clathris insculptis, non sine singulari illorum laude comparet, quæ aureis literis aurea hæc inducta verba Ps. XXVII. Eins bitte ich vom H. Erri/ ic. Posteriori Ps. XXXIV. Wie lieblich sind deine Wohnungen Herr Zebaoth/ ic. Jure emti hic *Ambo* cessit, cum *Prædio nobili Hofeck/ Dn. Sigismundo à DOBENECK, A. 1623. die Henric*, eâ conditione, ut pro hoc & dormitorio *usuras 100. florenorum & betulas quocannis præstarent*, quo jure & onere *BEULWIZII* quoque obrinuere.

Sed quicquid superioris dubii sit, quod vel hoc modo solvi posset, si dixeris: *Illustrissimum Dn. Capitaneum* Conjugi saltem & Familiæ Illustrisf. has aptas se sedes, adscensu non adeo difficili commodiores; certum tamen est, jam inchoante hoc Seculo, & superiori desinente alios Dnn. Capitaneos in primo isto ambone consedisce. Quò autem hodie obtectus, & fenestris clausus cernitur conclavi, pannoque exterius rubro convestitus, jussu factum *Illustrissimi Dn. Comitæ Schleizensis, DN. HENRICI I, Junioris Lineæ RUTHENI, Comitæ & Dn. de Plauen &c.* qui A. 1676. Curia Exarchus *Provincialis* datus est, & sumtibus propriis commodiorem hanc mansionem dedit extractam, cui vunc præfulgent Insignia moderni *Exarchi Provincialis* longè Spectabilissimi, *Illustrissimi Comitæ ac Domini, DN. JO. ALBERTI, Comitæ de Ronov & Bieberstein, &c.* Domini mei multum gratiosissimi, quæ eadem *Ruthenicis* in memoriam *Extractoris* juncta, depicta in interiori cernuntur laqueari, quam *Picturam* Illustrissimus Possessor modernus superaddi fecit.

Qui ex ordine, ortum versus, nunc sequitur *ambo*, hodie à *Ministris & Aulicis Dominorum Capitaneorum* obtinetur; Olim vero *Pannificum ministrorum* sedibus solemniter erat computatus. Cùm enim pannifices & fullones urbis nostræ, quæ suffulcit hunc ambonem, secundam Capellam suis plurimum extruxerint sumptibus, & missâ, quod supra p. 147. diduximus, dotaverint, in liberalitatis hostimentum, filiis & sociis illorum, ambo hic à publico fuit transcriptus Magistratu, in cuius rei testimonium instrumenta opificii illorum, *arcum* scilicet, quo lanam discutiunt & extenuant, *radium*, quo stantes telam percurrunt, & *carduum*, è quibus conferunt Pecten, seu instrumentum istud, quo pannos rudes confricant, & in villos attollunt, lapidi angulari, versus ortum insculpi curarunt. Quin & cùm A. 1661. & ante procul dubio, illi per locupletiores Dn. Capitanei familiam, extorres fierent hujus loci, publicas miscere querelas, & hinc obtinere, ut *proximus* ipsis concederetur *ambo*, quod non tantum præfixo denuo scuto, & adpictis iisdem artis suæ *deiyuari*, ivere testatum, junctis simul verbis: *Einer löblichen Bruderschaft des Erbarb Handwerks der Tuch-Knappen alhie zum Hof/ Anno 1661*, sed & literis in eam rem, publicâ auctoritate concessis, in scriniis suis habent confirmatum, quas, cùm & alia inde patefiant, in posteritatis memoriam, illorumque usum, conpendifactas tamen, apponam ex ipso Originali.

Es habe der Tuchmacher Knappschaft in Hof bey Herrn Superintendenten H. B. Burgermeister und Rath und dem Gotteshaus ange sucht: weil Sie/als nach dem Krieg die Kirchen-Stände bey S. Michael visitiret/und ein nem jeden das Seine zu lösen aufferleget worden/ erwiesen / daß Ihnen die ganze Empor-Kirche/ nechst des Herrn Hauptmanns/ wo dessen liebe Söhne/ Præceptor und Diener sich hinstellen/ ob ihrer Meister/ gehöre/ massen solches aus Brieffen/ lebendigen Leuten/ und auch den Tuchmachers- Zeichen daran in Stein gehauen zusehen/ bewiesen / und sichs nicht ziemen wollen/ Herrn Hauptmanns Söhne und Bediente daraus und anderswohin zuweisen; als hat man Ihnen den nechsten Stand/ welcher ist über den Gärber Stühlen/ so Sie aufzulassen/ jedoch unbeschadet des Durchgangs / sollen bebauen und
bea

Beschließen lassen/eingeraumet/ufi einenschriftlichen Schein darüber ertheilet.
 subscripser

Dat. 13. Maji, 1661.

L. Job. **WALTHER** / Peter **HENDEL** / p. c. Christoph. Buchta /
 Past. und Super. Amts-Bürgermeister. d. z. Gotteshaus-Pf.

Sic *Tertium Ambonem cum Secundo permutatum* vidimus, nec quicquā in eo præter id, quod ex concessio sedibus ligneis sit instructus, memorandum restat. *Quarto, Quinto, Sexto & Septimo* nos planè non intromittimus, cum ut remotiores à suggesto & Pastoris conspectu, raros habeant insistentes, huncque ultimum ab adjuncto & lapidi inciso *Steiniano Insigni*, supra jam p. 156. connotaverimus. *Octavus & Nonus* tamen paulo frequentiores habent cultores. Ex quò, ultimò prioris repetitæ & absolutæ structuræ, nunc per gradus aliquot *cochlidis* (deducunt autem, ut in Parenthesi nobilem quoque Templi hujus partem, exterius in turriculam, ad ipsam projecturam tecti, desinentem, tangam, hæ scalæ in gyrum ascendentes ex solido lapide constantes, usque sub ipsum Templi tectum, & concameratum opus exterius præbent conspiciendum, quin & ascensum in turrim præbent dextram, cui minores impositæ sunt campanæ) devenitur in Templi *partem anteriorem*, quoad parietes & muros laterales vetustiorum & primam; quoad fornices autem ceteris recentiorum. Hic primò transitur *Ambo Rusticorum*, qui unâ cum *opposito*, versus Boream, quem cives & quidam honoratiorum incolæ, duplicata sedium serie, occupant, ad coronidem illius ipsius Operis, A. 1572. perfecti, sicut fabrefactus, eâ tamen, quâ nunc utriq; cernuntur altitudine, anterioris & vetusti lapidei respondente, aut eâ superante, haut locati fuerunt, cum per scalas ex iis in hunc fuerit ascensum, illi verò, à pavimento haut multum elevati, suos quoque per alias scalas, interius ad fores laterales applicatas, admitterint scissores, ut omnium horum *ἀπόδειξις* testis est *WIDEMANNUS* ad A. 1572. Utrisque autem his in altius nunc promotis, novi suppositi sunt alii ubi illius quidem, qui suggestum è regione habet, natalis, expresse à *WIDEMANNO*, in A. 1599. ad finem scilicet

cet vergentis Seculi XVI. conjicitur, & Annum infra *Hofeckianum*
Conclave adscriptum, 1601. cum binis literis C.W. nomini & operæ
 Pictoris *Christophori Wulfferti*, *Biblicis V.T. Figuris* cum illustrantis,
 tribuit. Olim has sedes, quod concionatorem oculis habeant ob-
 versantem, *Senatum Urbicum* cum *Dn. Capiteano* tenuisse, supra jam
 commemoravi, num autem numero eundem usurpaverint, quam-
 quam *WIDEMANNUS* d.l. affirmet, dubitare tamen juberet re-
 centior hic probata ejus fabrica, & quod eodē Auctore A. jam 1557.
 in primā Capellam *Sublellia* Magistratus Urbici commigrarunt, ut
 januæ adscriptus id pariter testatur numerus. Ergo prior forte, qui
 loco hoc refedit, eo dignus honore, aut pristina non ita properè
 relicta sedes, quod superius etiam ominabamur. Hodie *Nobilibus*
aliquot, ad Parochiam Ecclesiæ nostræ spectantibus, vacat, priorem
 quidem quoad partem, *Dn. à BELLWIZ*, in *Hofeck*; sequentia pe-
 culiari concamerationi inclusa, Præ-Nobilissimæ *REUSCHELI-*
DUM patent Familiae, quam Conditor ejus emtionis sibi acquisi-
 vit jure, suisque mortuus anathematibus, vexillo, gladio, calcaribus
 nobilitavit, haut procul inde tumulatus. Inscripta vexillo ejus
 verba his exprimuntur: Der Wol-Edle / Bestreng und Groß-
 Mannveste / Herr Peter von Reuschel / Obrister uf Zedwitz und
 Schallenreuth / ist geboren am Tag Petri Pauli 1598. und zu Zed-
 witz in dem Herrn selig verstorben / Dienstag den 28. April, Abends
 um 4. Uhr. A. 1657. Seines Alters 59. Jahr / weniger 9. Wochen /
 1. Tag. Quæ post has sedes latent, incertos habent possessores,
 & ærarii Ecclesiastici cedunt elocationi.

Proximè huic in latere occiduo sistitur *Chorus Puellarum*, inferior
 tamen paululum, ad quem ab imo Templi patet aditus. Vetustus
 ille jam satis, & A. 1572 *Widemann*o renovatus refertur.

Qui priori opponitur, *Studioforum* nomine insignis, die *Stu-*
denten-Pohr / A. 1600. mensibus Julio & Augusto, debet ortum,
 obstetricantibus Civibus aliquot honestioribus, qui suis quoque
 sumtibus *cochlidem* exteriorem confici, & A. 1602. historiis N. T. lumen
 ei affundi, nominati pictoris manu, curarunt,

Lapi-

Lapidus anterior omnium cluit antiquissimus, ipsi exiguae tum *Michaëlis Capella* fortè coævus, vid p. 137. sup. nec ullas fere propiti-
as post sensit manus, nisi cum *Tobias Wolsfahrt* / sumtibus *Lenckianis*,
extremi iudicii picturam, medietati ejus præfigeret.

Qui capacior pariter & recentior ceteris est omnibus, præce-
denti superimpositus, duobusque inde ascenditur aditibus, interio-
ri & exteriori, docentium pariter, & discientium *Gymnasii* nostri
gratum est receptaculum, vulgo à Musica ibi ordinariè resonante,
das Chor / à discipulorum turba, die Schüler-Pohr. Quò anno
hic fuerit extructus, in publicis actis frustra adhæc quæsi, priva-
torum tamen diligentissimus *Consignator*, *Concivis* noster in pa-
triam Urbem gratissimus, B. Dn. *Wolfgangus SCHEUBA*, *Diaconus* o-
lim nostras, & hinc *Decanus Neostadiensis* meritissim^o, in domesticis suis
Adversariis, ab Amico humaniter communicatis, ad A. 1618. hæc
annotavit: Um Michaëlis sieng mann an / G Ort zu foderst zu Ehren / und der
Christlichen Kirchen alhier zum Wolstand / die fordere erhabene Porfirchen
bey den zweyen Thürnen anzulegen / welcher Bau denn auf eines E. Burger M.
und Raths Verlag / noch diesen Herbst schleunig vorgieng / und ward hernach
von den Lateinischen Schülern und Ministerio, in einer sondern Proceß, am
Christag zue frühe in der Metten da man die ander Lektion aus dem Neuen
Testament gethan / in Gegenwart alles Volks mit Gesang und brennenden
Fackeln und Lichtern bezogen. Habes, quæ de origine ejus desideraban-
tur, alia enim visu digna hic vix deprehenderis, nisi sat locuple-
tem farraginem *Partium*, ut vulgo vocant, *Musicarum*, seu *Harmoni-
carum*, à Variis Auctoribus compositarum, quæ omnes liberaliter pluri-
mum donatæ, in peculiarè à Dnn. Cantorib^o consignantur librum,
& cum veteribus aliquot in *Pergami Chartam MSCis Libris Musicis*,
in majori Cistâ asservantur. Quærentium in gratiam, ubi antea cœ-
tus Scholasticus, in hac urbe jam olim bene numerosus, suum in
templo locum obtinuerit addo: Ibi procul dubio consedisse, quò
diebus profestis, in publicis concionibus hebdomadalibus etiam-
num comparet, in Choro scilicet, & sacræ communionis tempore,
in Steinianam concessisse Capellam, unde mos singulis, per septi-

manam ibi congregari, & communicantibus, in posteriori loco. Quod prius quidem mea est conjectura, posterius *Widemannio* superius vidimus traditum, p. 157.

Ut autem Musici Chori anima *Organon* est *Pneumaticum*, sine quo illa nec spirat nec vivit; Sic nostro huic *Michaëlitano Templo* istud nunquam defuit. Equidem quo tempore primum eo fuerit exornatum, non invenio; per vetustum tamen ei fuisse, inde colligo, quod de reparatione Organi *Widemannius* ad A. 1543. commemorat, quâ novis illud alis instructum. Ad A. 1566. recenset, quomodo idem novo opere anteriori seu Pectorali, Brust-Positiv, sex regulis pleuritidibus instructo, fuerit auctum, majoremque tiliarum numerum consecutum, remoto etiam pristino ejus pede, acuminato, qualis vel ad hunc diem in Templo Coenobiali conspicitur, sedes ejus laxius sint diductæ, ut totam compleverint aream, manuque egregii Artificis, Jo. Hegenbergeri, pictoris & Aurifabri præstantissimi, fuerint pictæ. Geminum quid A. 1575, suavis *Nicolaus Monsameri*, Organici Nostratis, fuisse susceptum refert, in simul miras detegit artes, quibus sub specie aucti & in melius proVecti operis, illud nimium quantum deterius redditum. Majores adhuc fraudes ad A. 1601. conqveritur, quas *Gabriel Raphaël Rottenstein*, senex jam Organorum architectus, *Bolswarto*, Westfrisicæ oppidò oriundus, *D. Michaëli* nostro nexuit, qui cum primò vetus opus reficere & defectus supplere, novemque novis tiliarum Ordinibus, mit 9. Stimm: *Werden*/ illi succurrere debuisset, committendo illos ordines, & alios omittendo, neque committentium desiderio, neque boni viri officio, satisfecit. Nihilominus placuit, ut planè novum opus *triginta fistularum modos* exhibens, 30. Register/ exordiretur & conficeret, cui capiundo, cum prior haut par esset ambo, novus extractus, paululum intra utrasque muri pilas prominentior, ut organon undique circumiri posset, quod antea parieti erat affixum. Confecere hanc structuram, ut hodie comparet, *Joannes & Andreas Beyeri*, fratres, intra annum cum semisse, & supra citatus *Christopho-*

rus Wulffere pinxit, quod utrumque 300. florenorum pretio stetit
Widemannus adserit. Interea ipsius Organi fabrica lentè admo-
 dum procescit, & A. demum 1607 fuit plenariò absoluta; non sine
 multis artificibus intercedentibus technis & dolis, quibus plerumque
 maximi in hanc rem impensi sumtus occupantur, ut latius id didu-
 xit *Widemannus*, ad d. A. et ad A. 1607. Quo ipso etiam recenset,
 quomodo operi tandem post tot nexas moras perfectè examinan-
 do duo Organici, alter *Serenissimi CHRISTIANI, Marchionis Br.*
Culmbacò, alter *Abbatis Lanckheimensii* fuerint evocati, & post susce-
 ptum examen, ostensosque aliquot defectus, honestissimè, & cum
 munere 6. Ducatorum, utriusque dimissi, exsolutis opifici, quem hic
Kumpenium nominat, 450. fl. 6. frumenti modis, & magnà insu-
 per additione solutæ ex pacto summæ factâ. Ab hoc tempore cum
Chronica ad nostrum fere sileant, nobis quoque de singulari ali-
 qua vix constat mutatione; nostra tamen ætate, ut res Musica
 ad summum videtur deducta, sic etiam huic Operi manus rursus
 admotæ & præclaræ accessiones illi factæ. Cum enim Anno cur-
 rentis Seculi 78. *Dn. Basilus Seidel* à Cantoratu Neyleni Curiam
 vocaretur, ut *Quinti Collegæ* non tantum munus in nostro obiret
 Gymnasio, sed & pro eâ, quâ in arte Musica est singulari peritiâ,
 vicibus *Organicinis* unâ fungeretur, deprehensis extantioribus ali-
 quot in eleganti aliàs Corpore hoc defectibus, tamdiu precibus
 institit, donec utriusque Reipublicæ Patres, collatis invicem amicè
 sententiis, de reparando eo animum inducerent; Quæsitus igitur
 qui ex dignitate operi præesse posset, & inventus *Dn. Severinus*
Hollbeck, natione Danus, qui Cygnæ conficiendis excubat Orga-
 nis. Hujus prudentiæ & dexteritati, contractu d. 27. Maji, A. 79.
 facto, Opus commissum, ita tamen, ut neque à Procerum inspecti-
 one, neque *Dn. Organici* assiduo consilio, derelinqueretur, qui
 etiam illò ipso Anno, nec non sequenti 80. & partim etiam 81. in e-
 am Organon nostrum adduxit perfectionem, in qua etiamnum
 per Dei gratiam perstat, quæque multis illud præire facit aliis,

Bb

Quam-

Quamquā enim Gröningano, Ulmenfi, Constantiensi aut aliis insignioribus, non sic comparandum, suis tamen ita pollet prærogativis, ut inter posteriora referri vix debeat. Sumtus præter Ærarium Ecclesiasticum aliorum quoque liberales contulere manus, nec sine laude hic transmittendus Musices pariter ac Publicæ & Ecclesiasticæ Rei amor in Viris, Nobilissimo ac Excellentissimo Dn. Jo. Christiano BREBISIO Medicinae Licenciato, urbis nostræ Physico Ordinario, Scholarchâ meritisimo, ut & Amplissimo ac Prudentissimo Dn. W. Ioffgango Antonio SCHMIDIO, t. t. Senatore, nunc Consule nostrate Spectatissimo, conspicuus, quò impulsu peculiare tibiatarum ordines suis aut refecere aut penitus confecere sumptibus, quod grata meritis ipsorum rependat posteritas, & sua divite benedictione divina compenset benignitas. Ut totum opus peritiorum conspectui pateat, non gravabor his inferere delineationem, quam ipse in chartam coniecit *landatus supra* Dn. Organicus, Relationem meam de Organo isthoc obfignaturus.

Das Orgelwerck bey St. Mich. bestehet anjeseo in folgender Disposition :

(1) Manualiter, hat das große Oberwerck fünf Felder/und 3. vorn herausgehende Thürne/welche das Zinnerne Principal, von 8. Fuß im Gesichte zeigen. In solches gehören II. Registerzüge/ so zu beyden Seiten:

1. Quint. 3. Fuß.	6. Nachhorn 4. Fuß.	NB. Nr. 10. als Trommeten/ sind vor der Renovation sehr gering gewesen/ nachdeme aber des Orgelmachers gute Wissenschaft man exploriret / ist durch Tit. Sr. Excell. Hn. Lic. J. C. Brebis freiwillig angebotene Zahlung/und wolbedächtlige Anordnung dieses Register auf viel stärckern Resonanz eingerichtet/ gleichwie auch Num 11. der obere Stern mit den Zimbeln/ auf Zahlung Wolgedachten Hn. Licenciati, domals zugleich mit gearbeitet worden.
2. Superoctav. 2. Fuß.	7 Principal im Gesichte/ 8. Fuß.	
3. Octav. 4. Fuß.	8. Quinthen. 8. Fuß.	
4. Mixtur, 8. fach.	9. Grobgedacht/ 8 Fuß	
5 Zimmel einfach re-	10. Trommet 8. Fuß.	
stirt ein halben Fuß.		

(2) Ingleichen ist manualiter ein Brustpositiv zu meiner Zeit hinein gemacht worden/ bestehend nur in dreyen Registern/ als : 1. Regal 16. Fuß hoch

thon / 2. Regal. 8. fuß. 3. Regal. 4. fuß. Welches alles (so viel dieses Brustwerck belanget) auf freywilliges Aufzahlen / Tu. Herrn Burgermeister Wolff Anton. Schmiedens geschehen. Wäre zu wünschen / daß solches durch etwas Fldrwerck zu besserer Abwechßlung verstarcket würde.

(3) Manualiter ist noch das Rück-Positiv anjezo in folgendem Stande:

- | | |
|-------------------------|--------------------|
| 1. Grob-Gedacht 8. fuß. | 5. Sesquialter. |
| 1. Quint. 3. fuß. | 6. Octav. 2. fuß. |
| 3. Superoctav. 1. fuß. | 7. Zimmel = Stern. |
| 4. Principal. 4. fuß. | 8. Vogelgesang. |

Bestehet der eufferlichen Disposition nach / dem Oberwercke gleich / in 3. Thürnen und 5. Feldern / nur das Principal ist 4. fuß = Thon.

(4) Pedal-Wercks-Lade stehet ganz hinten an der Mauer an / worunter man hinter dem großen Werck durchgehen kan / hat folgende Register: 1. Sub-Bass: 16. fuß. Ganz neu gemacht / Gedacht. 2. Posaunen-Bass: 16. fuß / mit Blatten und Leder unterleget / auf sonderliche Manier, welcher ehedessen mit der geringen Trompeten æqual. 8. fuß gewesen / damals aber aus freywilligem Erbieten des Orgelmachers umsonst gemacht / von unterschiedlich wackern Gemüthern aber das Messing / Bley und Zinn / etc. bezahlet worden / zumalen eine große Quantität hierzu vonnöthen / weiln die größte Pfeiffe von diesem Register wol 6. bis 7. Ellen (ohngefähr) lang seyn mag. 3. Schweizer Bass. 4. fuß = Thon. 4. Quinthen 16. fuß. 5. Zinken 2. fuß. 6. Octav. 8. fuß 7. Tremulant, so durchs ganze Werck wohl schläget / und außer der Windlade in einem besondern Kasten lieget.

Hierbey will ich mit gedenccken / wie das tieffe C. in dem ersten neuen Sub-Bass, an der ordentlichen Stelle / durchaus keinen rechten Klang / obs gleich der Orgelmacher 2 bis 3mal wieder zerschnitten / und anders neue zusammens (in meinung / es dörffte ein Löchlein etwa noch drinnen seyn) gelöthet / von sich geben wollen; deßwegen man solches hervor neben das obere Werck hinter den lincken Flügel heraus zu bessern Gehör setzen müssen / da dann der Wind aus einer andern Laden geführet / und gleichwol das Angehänge / in seiner Ordnung / mit dem Register = Zug gelassen wird.

Die von mir hier gefundene Disposition ware nach der alten Art auch mit vielen Registern versehen / ist aber nach einfältig / doch wol überlegter Angebung mit andern und neuen Registern (als mit beliedert und unbeliedert / doch außer Gewohnheit beplatteten Schnarrwercken und vielen Regalen) durch diesen guten Meister / als welcher in Hamburg / Lübeck / Cöppenhagen /

Stockholm 2c. wackere Haupt-Arbeit ausfertigen helfen/und dahero rare Inventiones gehabt/in jetziges modell (da man an statt derer equal-andere und schärffere Register verordnet) gebracht/das pedal clavier mehr claves bekommen/in die 7nerley gute Veränderungen/und 12ley Vermehr-und Vergrößerungen hinein gemacht worden. Wie ich dann auch mit anfüge/das durch die nützlichen Coppeln/derer 3. durch meine ungerühmte Anweisung hinein gemacht worden/wordurch man vielerley Veränderungen practiciren/nemlich die obere Register mit dem untersten Werk/die mittlere mit denen oberen 2c. vermengen/und als neben einander stehende tractiren kan/das Werk und Meister sich weit besser als sonst lösen können.

Ferner sind auch in dem ganzen Werk eitel Zinnene und Metalline/und keine andere Pfeiffen anzutreffen/welche/wo sie nach den Registern im Ober Brust-Werk/Rück-positiv und Pedal zusammen gerechnet werden/betragen 1151. 6. gute Bälge mit einer einzigen Falten liegen in gutem temperament, von welchen auch auff's neue 3. Canäle (deren sonst nur einer gewesen) einer alleine in Ober-und Brust-Werk/der andere unten auff'm Boden ins Rück-Positiv, der dritte ins Pedal/umb das Stoßen des Windes zu verhüten/ganz nützlich geführet worden.

Das Clavier zum Obern-Werk ist von Elffenbein/zum Rück-Positiv von Ebenholz/zum Brust-Werk von Schlangen-Holz/und sind die letztern dauerhafter/als das erste. Wäre zu wünschlen/das die ersten Claviere, woran die 4. höchsten Claves mangeln/auch vollkommen/gleichwie das neue letztere/in 45. Clavibus bestünden. Welches aber bey der Renovation, wegen vorhin grossen Auffwendungen/man anzugeben damals Bedenken getragen.

An statt der oberen zweyen Flügel/welche mit ihrer grossen Last und Schwanken das ganze Werk und Gebäude sehr beschwehrlich herunter neigend machen/wäre nütlicher und zierlicher ein an der Mauer in zweyen Seiten herum gesetzt Metallin polirter offener Principal Sub-Bass/von 16. Fuß.

Metall als Bley 2c. ist theils zu Centnern/theils halben 2c. von wackern Herren und Musicis, Liebhabern der Music, derer Verzeichniß vielleicht noch vorhanden/zu diesem Bau und Renovation zu meiner Zeit/ohne besonders Ermahnen contribuirt worden: Die meisten und grössten Costen aber wird das Gottshaus bezahlet haben.

Eine neue Treppen ist auch hinauff zum Pfeiffwerk gemacht worden/da man sonst nach abgenommenen Geger/ mit Lebens-Gefahr von aussen auff einer Leiter hinauff steigen müssen.

Die Windladen sind alle vom Eichen-tauerhafften Holz/welches sonderlich ein Orgel-Werk und Meister dessen recommendirt.

Turres nunc ascendamus, & quæ ibi Templi nostri reliqua sint ornamenta videamus. *Campanas* hinc indigitavero, quas non Templi tantum, sed integræ Civitatis esse decora, quoslibet facile habet consentientes. In *Sinistra* unica tantum conspicitur, cujus succincta historia hæc est: Cum nempe in fatali Urbi nostræ hoc Seculo incendio, A. 25. d. 6. Novemb omnes simul Campanæ ignis visolutæ absumerentur, *Nova major*, nescio quo anno post, equevidem fusa, ita tamen infeliciter, ut ansis, quibus suspendi solent, careret. Quod tamen sono satis esset bona, perforata superius, & ferris ita fuit præmunita, ut nullum inde periculum facile fuerit timendum. Nihilominus, ut prout in metum sunt homines, subinde hæc res Patres habuit sollicitos, ne aliquando inopinatò casu insignem Templo attraheret noxam, convenere ergo de nova fundendâ. Qua in re *B. Dn. W. ALTHER* Superintendens cum primis fuit operosus. Accitus hinc Schleizâ *Hiobus BREITINGER*, & domus excitata fusoria, sicque tandem post multas moras & difficultates nova conflata, ære & sumtibus vel tantum non viritim in ejus usum collatis & conquisitis. Pondere 47. æquare Centenarios comperimus, quamquam accuratum pondus explorari vix poterit, dum, ut ipse memini, campana alteri lanci imposita, & pondere nunc sublevanda, catenas rupit & funes, haut procul à lapsu abfutura. In destinatum post locum 10. Dec. sublata, his verbis inscripta inferius nunc conspicitur. Durchs Feuer floß ich / mit Gottes Hülf Hiob Breutinger goß mich. Nun Lob mein Seel den Herrn.

Vox mea Vox vitæ voco vos ad sacra venite:

Meine Stimm ist des Lebens-Schall

Ich ruff zur Kirchen Kommet all. A. 1667.

Superius hæc legenda præbentur: Anno M. DC. LXVII. als diese Glocken in Hof gegossen ward / waren Hauptmann Daniel Georg von Waddorff. Superintendens L. Johann. Balthar / & paulo inferius: Burgermeister: Johann Wolff Hei. / Johann Kroschel. ex adverso: Peter Hendel / Johann Küffner / in medio, ex altero latere Insignia fulgent Brandenburgica, ex altero Curiana, Quæ

Quæ in *Turri dextra* sunt suspensæ, tres sunt numero: *Bina majores* in media ejus camera, *Maximæ* ex opposito. *Utræque* una planè *Inscriptione* cernuntur notatæ hac: *A. Domini 1672. Da goß mich Johann Berger von Weimar/zum Hof den Septembris.* In medio ex una parte *Serenissimi* cernuntur *Insignia*, solis tamen in armis *Zolleranis*, cum literis: *C.E.M.Z.B.* adversam occupant *Curiana.* Tertium latus *Eques S. Georgius* ornat, Quartum *Fulsoris Ægypti.* Pondus majori *Regula Visoria* tribuit 25. Centenariorum, minori 11. Restat unica adhuc campanula, sed acutissimi & admodum penetrantis soni, in summa turris hujus patente undiqve camerâ, Hæc ceteris est antiquior & *Norimbergâ A. 1617.* ad nos translata. *Inscriptio* literis *Monachialibus* hæc est: *Zu Gottes Dienst gehöre ich; Christof Kossenhardt zu Nürnberg goß mich. Annus 1627.* instrumento quodam est incisus. Munus ejus est tempus proclamare matutinum, quintæ horæ, hinc *fünffe Glöcklein* vulgo audit, & meridiem innuere. Olim gemina sinistrae imposita erat turri, in quâ malleus horam denuò indiceret, den *Nachschlag* vulgò vocant. Hodie hoc onus in maximam translatum. Quæ simul festis tantum, aut *Dominicis* resonat diebus, aut aliis solemnioribus abhibetur muniis. *Mediæ* frequentiora sustinent officia, alteraqve minor *Orationes* pro pace intimat, indeqve nomen *der Fried:Glocke* reportat.


Animus eqvidem erat, *CIPPOS & Lapides Sepulchrales* his addere, & plagulis his *Michaëlitano* quoque nostrum describendo finire Templum, sed cum typi & tempus non sufficiant, propediem *B.C.D.* novum illi recludent rursus annum. Interim finiente per *Dei gratiam* Anno 1689. & incunte novo recordamur, quòd cum *Janum* bifrontem inchoanti Anno *Hieroglyphicum* præfixerit *Antiquitas*, edoceat facie retrospectante, ut elapsi anni, quin & plurimorum aliorum meminimus bona, & felices *Succesus* in futuros voceamus, facie antrosum conversâ eò adducti. Quod ad proximum veneris diem, à sacris matutinis, *Gymnasium nostrum* publi-

blicâ solenniter effectum dabit pietate; Quò non ipse tantùm;
Illustris hujus **RECTOR**, pro more adscendam cathedram, & de elapsi
Anni Actis & Factis commemorabo Memorabilibus, vota feram & stre-
nas exsolvam; Sed senarium quoque Discipulorum in proscenium Ora-
 torium producam numerum, omnes, ut honestissimis sunt Natalibus, ita ad
 pietatis gloriam & futuros utriusque Reipublicæ usus, ex voto nostro contem-
 dentes. Hi speciatim Dei bona, elapso anno in nos collata, expendent & gra-
 tias pro illis agent, suisque votis leta futura ominabuntur omnia. Primus
 equidem, hoc enim Clasico sequuntur ordine, est
FRANCISCUS CHRISTOPHORUS MEYER / Curiensis, qui
 de beneficiis Dei in genere acturus, sub schemate coronarum ea introduceet,
 & peculiariter **SPIRITUALIA DEI** nostri **DONA** Oratione Lati-
 na prosa deprecabitur, hæcque Auditorio apprecabitur. Secundus
JO. CHRISTOPHORUS à WÄLDECK / Nobilis-Variscus, Pro-
 Nobilissimi Dni. **EPHORI** nostri Filius natu maximus, carmine Ger-
 manico inter Terrena bona, **BONUM** dilaudabit **PRINCIPEM**; quod-
 que hoc anno Capitis nostri coronam, Serenissimum nostrum **PATRIÆ**
PATREM, cum integra **PRINCIPALI FAMILIA** divina cuncta
 sit Clementia, devotissimo agnoscat animo, salvam illam ac fulgentissimè ra-
 diantem præporro vovebit **Tertius**
GOTTLIEBIUS PEZOLD / Lengersfelda-Variscus, Latina Orati-
 one prosa **PACEM** Bonorum referet optimum, ex ingrato agnoscat a-
 nimo, quòd hæc ipsa nostros hucusque exhilararit lares, quæis porro hanc pro-
 pitiam suis efficiet precibus. **Quartus**
ADAMUS FRIEDERICUS GEFFARTE / Rhodâ-Osterlandus,
SANITATEM cum publicè omnibus, cum privatim singulis, cum sibi ipsi,
 gravissimo enim vix liberatus morbo, rhythmo Patrio, enixè gratulabitur;
 & non Gallum equidem Æsculapio, Deo tamen Ἀλεξινόσῳ cordis devoti offe-
 ret hecatombas, & bonum istud votis in futuros impetrabit usus. **Quintus**
JO. JACOBUS FRIEDEMANN / Saalburgo-Variscus, **IGNEM**
 detestabitur, & quòd passim grassantibus incendiis, proximo etiam pariete
 ardente, domus nostræ factæ permanserint & divina gratie Umbone recte,
 leta

*latabitur. Hinc in vota perpetua hujus felicitatis, petita è Latio Ora-
tione profa descendet. Sextus denique
JO. ADAM. KNOSCHE/Kloßschwizensis, cumulabit gratias, con-
ferret vota, ANNONAE tamen & MISERICORDIAE potissimum applausu-
rus, & Auditorio Epilogi locò gratias acturus.*

Quamquam autem hi omnes novelli sint Oratores, hisque ipsis Sacris
nunc primùm initiandi; neque à me vel quicquam jucunditatis promit-
tere queam lingvæ infantia; audeo tamen, nam audaces fortuna juvat,
omni, quâ modo possum animi devotione, ac ardentissimo affectu orare, ut
*Serenissimus Princeps ac Dominus, Dn. GEORGIUS ALBERTUS, Marchio
Brandenburg. &c. &c. Dominus noster Clementissimus, ut & SERENISSIMI
PRINCIPIS NUTRITII Nostri Ministrissimus, Illustriss. Comes ac Dominus,
DN. JO. ALBERTUS, Comes de Ronov & Biberstein, Dn. in Oppurg. Knauen,
Krobiz & Grünau &c. Consiliorum Praeses Superior, Consiliarius Intimus & Ex-
archus Provincialis Eminentiss. Dn. noster multum Gratosissimus, Maxi-
mè Reverendus itidem & Prae-Nobiliss. Dn. Josephus Fridericus de VALDECK,
in Culmiz & Dœbra-Stœcken &c. Superintendens & Inspector Gymnasii Gravis-
simus Plurimum Rev. Ministerio; Excell. Dnn. Physicus Ordinarius, Adjunctus &
Medici; Consultiss. Dnn. Officiales; Ampliss. & Prudentiss. Senatus, Gymnasii Pa-
tronus & Scholarchæ; Honoratiss. Dnn. Collegæ; Clariss. & Prae-Eximii Dnn.
Studiosi & Eruditi quivis, primitias hujus anni ne dedignentur, sed gratiosissi-
mâ, ac exoptabili praesentia nostris Musis praesto sint. Debemus certè id Deo
& ejus insigni, quâ hactenus nobis praestitit Clementiæ, ut plus simplici vi-
ce in unum confluentes; gratias ipsi agamus; debemus communi nostræ,
quin & totius Patriæ necessitati, ut illam constantem fervidissimis preci-
bus & votis in commoda nostra sollicitare ne desinamus. Quod nostrum
est, humillima obsequia & officia pro Clementia & favore isthoc spondere
& re ipsa praestare, ut nunc facimus, ita nullo praetermitteremus
tempore.*

*PP. Curia, ipsis Kalendis Januarii,
Anno O. R.
cl. lxx. XC.*



nia
no
ica
o-
l-
cr
/o-
o-
o-
s-
i-
n-
o-
a

TE

QVÆ PRA

Histori

Actui

PR

humillia

M.



M!
CHA-

NI

IUM INTERIUS

ulis exposita,

NO

i Mnimo-

tico,

ntis

E URBIS

s loco præmisfa

AYRIZ,

